



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 11. Epistola Imperatoris ad S. Athanasium ferente Montano.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sæculum IV.  
A. C. 353.

§. XI.

*Epistola Imperatoris ad S. Athanasium  
ferente Montano.*

*Soz. IV. c. 9.*  
*Athan. I.*  
*Apol. p. 686.*  
Sanctus Athanasius Imperatoris animus  
novis calumniis in se irritatum scie-  
bat, cumque, se ipsum ad Regiam con-  
ferre, tutum non videretur, selectos E-  
piscopos quinque, & tres Presbyteros  
illuc delegavit, qui Imperatorem miti-  
garent, calumnias diluerent, & omnia,  
quæcunque Ecclesiæ suæ, & sibi expedi-  
re crederent, facerent. At Ariani Im-  
peratori persuaserunt, Athanasium per  
Epistolam petiisse, ut sibi in Italiam, ad  
præparanda tot malis Ecclesiæ remedia,  
venire liceret. Imperator ad eum re-  
misit Palatii Ministrum, qui Montanus  
vocabatur, cum Epistola, qua licentiam  
veniendi concedebat, & vecturis publi-  
cis utendi. S. Athanasius dari sibi li-  
centiam, quam non petierat, vehemen-  
ter

daß Athanasius dem römischen Stuhle dieses  
nachtheilige Verhalten nie vorgerücket, das  
ist ein Zeichen seiner Bescheidenheit ꝛc. Jam  
non amplius recordatur homo iste technarum,  
& malitiæ Ariariorum, sed etiam Diis omnibus  
invitis Cardinalis Baronii Adversarius audire  
vult. Et adversatur sæpe, scilicet sicut Therfi-  
tes Achilli.

ter mirabatur, & quia Epistola licentiam Sæculum IV.  
 veniendi, non imperium continebat, in A. C. 353.  
 Ecclesia sua sibi manendum credidit, om-  
 nibus tamen ad iter paratis, si proficisci  
 juberetur. Tunc viginti sex menses ef-  
 fluxere, quibus, de iis, quæ agerentur,  
 audivit nihil. Verosimile est, inimicos  
 ejus hac arte usos, ut eum ex urbe Ale-  
 xandria extraherent, quo facilius, ipso  
 absente, suæ factionis Episcopum immit-  
 terent; nihilominus eum emanendo Im-  
 peratoris jussa contempnisse calumnia-  
 bantur. Inter Episcopos, a S. Athanasio inf. XIV. 26.  
 missos, erat Serapion Thmovitanus, qui epist. ad Ser.  
 ante Episcopatum Monachus fuerat, & p. 672. Ep. ad  
 multorum Monachorum Rector sicut e- Dracont. p. 957.  
 tiam Ammon, qui unus ex quinque de-  
 legatis fuisse creditur. Jam tum enim  
 plures SS. Monachi ad Episcopatum eve-  
 cti fuerant, & S. Athanasius septem tales  
 in Epistola sua ad Dracontium numerat;  
 hæc vero non immerito ad ista tempora  
 referri potest.

## §. XII.

*Epistola S. Athanasii ad Dra-*  
*contium.*

Dracontius Monachus erat Presbyter, P. 945. to. 1.  
 & cujusdam Monasterii Abbas. In  
 Episcopum Hermopolitanum prope Ale-  
 xandriam omnium, etiam Paganorum  
Hist. Eccles. Tom. III.      O O      con-